

dunt, se propter Christum in gratiam recipi.

DUBIUM TERTIUM.

Quicquid verò sit de fide; sola tamen non justificat. Nam

& reliquis dispositionibus justificatio in Scripturis adscribitur, maximè verò charitati. E dispositionibus

pœnitentiæ, Actor. XI,

18. Gentibus Deus pœnitentiam concessit ad vitam; 2. Cor.

VII, 10. Qui secundum Deum est dolor, is pœnitentiam ad salutem haud pœnitendam

parit; Ezechiel. XVIII, 27.

Cum averterit se impius ab impietate sua, ipse animam suam vivificabit. Deinde

spei, Matth. IX, 2. Bono

animo esto, fili, remittuntur

Tibi peccata tua. Tandem

charitati Luc. VII, 47. de

Maria Magdal. Remittun-

tur